Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26088
Copyright: Admont, Benediktinerstift

similis altissimo. Isti enim duces ad iniquitatis foueam & uoraginem
scelerum consentientes sibi nunquam trahere desistunt. Et audiunt
iudas. & surrexit ipse & potentes pertere uirtute exercituum
regis qui erat in amaum. adhuc enim dispersus erat exercitus a castis.
Et uenit gorgias in castra iude nocte & neminem inuenit. &
querebant eos in montib quo dixerat. fugiunt hii a nob. Et
cum dies factus esset apparuit iudas in campo cum trib milib;
uiros tantum. quia tegumenta & gladios non habebant. Nota
lector quia iuncta fuit gorgie tota dispositione sui belli
in nocte facere & iudas atq; sui seqces in die. quia operatores
scelerum & executores erroris comitantur semper rectores tene
brarum lucem odiendo diuinorum preceptorum & obscuritatem diligen
do secularium uoluptatum. Vnde per paulum dicit. Qui dormiunt nocte
dormiunt. & qui ebrii sunt nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus so
brii simus. non simus nocti neq; tenebrarum. Verum iudas hoc est
confessor dei omnem apparatum belli in luce fidei atq; meditati
one legis dei ordinat. Vnde cum trib milib uiros tantum in
campo apparet. cum illis uidelicet qui non in mundana poten
tia sed in fide patris & filii & spe sci fiducialiter agentes cum
simplicitate mentis uitam honestam in hoc mundo ducere
student. Et leuauerunt alienigene oculos suos & uiderunt eos
uenientes ex aduerso. & exierunt de castris in pelium. Et tuba
cecinerunt hi qui fuerant cum iuda. & congressi sunt. Et contri
te sunt gentes & fugierunt in campum. nouissimi autem ceciderunt gla
dio. Venientib ex aduerso hostib in pelium. socii iude
tuba canunt & conterunt gentes. Quia per tube sonitum uox
predicationis exprimitur. milites iude tuba canunt cum predica
tores xpi euangelium in toto mundo annuntiant. Vnde

qui pars aduersa